



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

LXVIII. Die Markgrafen Otto und Albert verkaufen dem Kloster Lehnin die
Dörfer Wendisch-Kreutz, Bochow und die wüste Feldmark Oberzlaw, am 9.
Juni 1275.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

LXVI. Bischof Heinrich von Brandenburg verordnet, daß das Kloster Lehnin dem Pfarrer zu Pāwesin für die Zehnthebung aus Mōseritz jährlich 4 Talente zu geben hat, im Jahre 1270.

De IV talentis dandis plebano in Polyn super festum natiuitatis Christi pro restauro fructuum decimarum ville Mōseritz, H. episcopus Brandenburgensis Anno 1270.

Altes Btz. Lehniner Urkunden. — Gercken VII, 340.

LXVII. Die Markgrafen Otto und Albrecht verleißen dem Kloster Lehnin das Borsebruch und verschiedene Besitzungen, am 1. April 1273.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ut ea que aguntur in tempore, ne simul cum tempore dilabantur, poni solent cum linguis testium atque scriptis auctentivis perhennari, ut si necesse sit, in eis memoria iocundetur. Hinc est quod nos Otto et Albrechtus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses, notum facimus uniuersis tam presentibus quam futuris et tenore presentium publice protestamur, quod nos ecclesie fratrum Ordinis Cisterciensis in Lenyn bona dedimus infra-scripta cum omni utilitate, proprietate atque iure, sicut nos ea habuimus et sicut eadem progenitores nostri suo tempore possederunt, propria et perpetuo possidenda: silvam, que vocatur Borsebruch, stagnum quod dicitur Morsee, mediam partem stagni Retitz (al. Ritz), duos choros in villa pernitz et duos mansos in villa Smergow. Hujus nostre donationis testes sunt Geuehardus de Alvensleve senior, Heynricus de Wodenswege, Heynricus de Grobene, Arnoldus de Jagowe, Arnoldus Wegerus, ulricus de konnigismarke, Hermannus de Carpfowe, nostri milites et fideles. Ut autem predicta nostra donacio per nos et fratrem nostrum Ottonem minoribus adhuc annis et per succedentes nobis heredes nostros permaneat in perpetuum inconvulsa et inuolabilis perseueret, presens scriptum ex certa nostra consciencia sigillorum nostrorum appensione fecimus roborari. Actum et datum in Plawe, anno domini M^o. CC^o. LXXIII. XV Kalend. aprilis.

Nach einer Copie aus dem Lehninschen Actenbuche, berichtigt nach einer Abschrift in Seidells Handschr. Sammlung.

LXVIII. Die Markgrafen Otto und Albert verkaufen dem Kloster Lehnin die Dörfer Wendisch-Krenz, Boshow und die wüste Feldmark Oberzlaw, am 9. Juni 1275.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Varietas temporum multitudoque tractatum ita hominum infirmant memoriam, vt necesse sit, quod adiuuetur voce testium ac testimonio litterarum, ut si qua de hiis que aguntur debeat obliuio recursus ad scripture testimonium habeatur. Inde igitur est, quod Nos Otto et Albertus, dei gracia marchiones Brandenburgenses, Notum facimus uniuersis presentibus et futuris tenore presencium protestando, quod Ecclesie sancte Marie in Lenyn et fratribus ordinis Cisterciensium ibidem Deo seruientibus vendidimus villas, Slauiam

crucewitz videlicet et villam Buchowe ac campum Oberzlaw, ubi quondam villa fuerat, Cum omnibus attinenciis, agris, lignis, pascuis atque pratis pro trescentis et quinquaginta marcis pecunie numerate. Dedimus quoque Eidem ecclesie sancte Marie et fratribus antedictis bona nominata, sicut Nos ea habuimus, cum omni potestate et jure et omni usufructu propria et perpetuo possidenda. Donamus quoque incolis dictarum villarum omne jus in acquirendis lignis, quod actenus habuerant. Ut igitur hec nostra venditio et donatio per Nos nostrosque successores inuolabilis perseveret, Nec aliquibus super premissis futuris temporibus malignandi occasio tribuatur, Presentem paginam de certa nostra consciencia conscriptam in perpetuum in Euidens testimonium dare fecimus ac sigillorum nostrorum appensionibus roborari, Adhibitis nichilominus testibus Infraascriptis, videlicet honorabilibus viris Bernardo, Arnoldo de Jagow, Tzabello de Redingestorp, Hermanno de Carpfowe, Johanne de Crakow, Rodolpho de Slabberstorp, Bartoldo Notario et aliis quam plurimis fide dignis. Actum Brandenburg et datum per manum notarii Anno domini Millefimo Ducentesimo Septuagesimo quinto, Quinto Idus Junij.

Nach dem Original des Geh. Staats-Archives, das stellenweise verblühen ist.

LXIX. Der Markgraf Otto läßt dem Kloster Lehnin ein Wehr im See Negem frei von aller großen und kleinen Bede, am 14. Mai 1282.

In nomine Domini Amen. Nos Otto, Dei gracia Marchio Brandenburgensis, Recognoscimus Et tenore presencium protestamur, Quod Religiosis viris fratribus sancti Collegii in Lenin locum piscacionis in stagno Nethcem, qui locus teutonice vocatur were, ob gratiam specialem ab omni exactione precaria dimisimus absolutum, ita videlicet, quod idem locus non solum a magna precarie redemptione, sed etiam ab omni minuta petitionis donatione inperpetuum supportatus habeatur. In cuius rei testimonium et memoriam sempiternam presentes litteras iussimus scribi et tam testium subscriptione quam etiam sigillorum nostrorum appensione confirmari. Sunt autem testes: Dominus Hermannus de carpzow, Dominus de valkenrede, Dominus heyfo de, Sifridus de Walltoue et quam plures alii fide digni. Datum Lenin anno domini M^o. CC^o. LXXXII^o. in crastino Beati Seruatii episcopi.

Nach dem Original des Geh. Staats-Archives.

Anm. Herr Professor Hefster liest die Jahreszahl 1286. Mir scheint jedoch deutlich 1282 in der Original-Urkunde geschrieben zu sein, womit auch das alte Lehniner-Urkunden-Verzeichniß (Gerken's Cod. VII, 332) übereinstimmt.

LXX. Heinrich von Groben bekennet die Derwitzer Heide vorbehaltlich der dem Dorfe Jütergoz darin zustehenden Gerechtigkeiten von dem Kloster Lehnin zu Lehn erhalten zu haben, am 28. Juni 1284.

Ego Henricus, dictus de Grobene, tenore presencium publice recognosco, quod Venerabilis dominus Johannes Abbas et Conuentus in lennyn miricam, que dicitur Drewicz michi,